



DVO ELEGIARVM LIBRI  
HENRICI GLAREANI  
HELVETII AD  
VLDERI  
CVM  
ZINLIVM  
DOGGIVM.



**AD ERASMV M ROTERODAMVM**  
**IMMORTALE ET VNICVM**  
**BELGARVM DECVS,**

ΕΚΑΤΟΣΤΙΧΟΝ.



**S**Omnus iners hoies, mutūq; inuaserat orbē  
Presserat & terram nocte silente quies,  
Ipse soporifero ponēs mea mēbra grabato  
Occubui, & tenebris pene sepult<sup>9</sup> eram:

**E**cce sub obscuro uisa est tua musa barathro  
Ante oculos uolitans protinus esse meos,  
**N**on secus ac nebulis latitet si Phœbus opacis,  
Aut sub nube aliqua candida luna meet.  
**T**um pepulit radijs quodcunq; obstabat amœnis,  
Cessit & omne, illa subueniente, chaos.  
**S**ubtriciui, caput haud tenuem erecturus ad auram,  
Quid uelit, ausculto. tum mihi chara loqui.  
**I**lla uerecundo dum me uidet ore tacentem,  
Auriculam prendens, uellicat atq; premit.  
**C**ur me me, dixit, cur compellare uereris?  
Cur nostros surda negligis aure sonos?  
**E**n uenio, quia doctiloquus sic iussit Erasmus,  
Non titubes uotis præsto erit ille tuis.  
**I**lius Ambrosio quanq; frons nectare fusa est,  
Atq; Helicon sacro lauerit amne comam.  
**N**ec tamen exiguum paruo de flumine riuum,  
Nec tremulæ spernet stammina rauca lyræ.  
**I**celer, optatum inuenies, & habebis amicum  
Quem dare non alium sæcula posse putes.

F 2 **D**ixerat,



**LIBER PRIMVS**

**D**ixerat, & sonitus blanda cum uoce recessit,  
Inq; leuem uolitans aera prapes abit.  
**E**xcutior uisu, uideo cecidisse figuram,  
Cui responderem nemo nisi aura fuit.  
**E**rgo o praesidium, & spes iucundissima uitae.  
Dux & iter uerae dulcis Erasme uia.  
**A**usculata, tua musa meis discessit ocellis,  
Illi debueram pauca uerba loqui.  
**A**t quia discessit, nec sit cui singula dicam,  
Hac iussi musam uerba referre meam.  
**S**cilicet ut dignas tibi uir doctissime grates  
Offerat, id quae non bene posse reor.  
**N**anq; ego cui moduli, cui nec sit culta **M**inerua,  
Qui possim dignum ludere quaeso melos?  
**N**ec tibi pro meritis quas dicam nosco carmenas,  
Da ueniam modulis, ingenioq; meo.  
**S**unt mihi raucifono stridentia carmina plectro,  
Et tenuis surdo murmure uena data est.  
**C**lauserunt placidae dirceia flumina **M**usae,  
Et mihi Parnasi blanda fluentia negant.  
**A**rida uix mihi **C**lytorio sitis amne leuatur,  
Vix mihi **S**almacidos mollia damna patent.  
**S**i tibi raucidula stridentem uoce cothurnum  
Percutiam, dices heus miser ito foras.  
**S**i rursus citharam plectro crepitante fatigem,  
Nania inest dices carmine barda tuo.  
**Q**uid pie Erasme canam? nisi garrulus inter olores  
**A**rgutos strepitem coruus & anser iners.

**Q**utinam



ELEGIARVM.

**Q**utinam andini mihi sit facundia cantus,  
Et sint pelignæ carmina docta lyræ.  
**T**e canerem longo, uir præstantissime libro,  
Nullaq; pars uacuo margine abiret iners:  
**A**t longe tua me probitas, tua uiuida uirtus  
Vincit, & est uersu non bene picta meo.  
**Q**uæ natura sagax imis tenet abdita ualuis,  
Tota intra ingenium scis posuisse tuum.  
**T**uq; oculis certus, cœlestia regna subintras,  
Tu penetras summi limina celsa poli.  
**Q**uot sint, quæ rerum species, quæq; orbis origo,  
Vtq; locum capiant quæq; elementa suum.  
**S**plendida quo rapido uoluantur sydera lapsu,  
Vnde tuum lateat candidè phœbe caput.  
**Q**uidq; subobscuram cogat decrescere lunam,  
Vnde pluat rosea discolor iris aqua.  
**Q**uæ solidas quatiat uiolenta potentia terras,  
Cur uolitent dubio fulmina sæua polo.  
**C**ur scindant piceas horrenda tonitrua nubes,  
Vnde ruat gelidis stridula grando globis.  
**C**ur quod non cecidit sydus cecidisse putatur,  
Et quæ sint refluï semina cæca maris.  
**Q**uæ subsint casu, quæ nam fortuna uoluet,  
Perfida uentosis non bene recta rotis.  
**C**ur sol Aethiopes urat, cur denigret Indos,  
Cur minuat radios trux Arimaspe tibi.  
**O**mnia pernoscis, maiori es dignus honore,  
Quam tenui uersu commemorare queam.



LIBER PRIMVS

Roma uelut digne magno Cicerone superbit,  
Et demostheneis attica turba sonis.  
Septem urbes certant docto quæ patria Homero,  
Treis genuit magnos Corduba clara uiros.  
Vnum te solem, quæuis & sydera multa  
Protulerint oris Belgica regna suis.  
O lætum festumque diem, qui numine dextro  
Te dedit in nostros mitis Erasme lares.  
Qua scindit liquidus basileia mœnia Rhenus,  
Qua sunt Heluetijs fœdera prisca uiris.  
Est in te grâuitas matura, modestia prudens.  
Socratici mores, caesariusque decor.  
Ingenium felix, quo non præstantius ullum  
Dotibus hisce tuis Attica terra tulit.  
Sed te præcocibus, iam parcere uersibus opto,  
O decus o Bataui gloria prima soli.  
Tu dabis omnigenam matura in carmina uenam.  
Tu dabis ad Musam calcar & arma meam.  
Hactenus hæc, Bataua sydus uenerabile gentis  
Lux Alemannorum candide Erasme uale.

AD ILLVSTREM D. RENATVM DVCEM AL-  
LOBROGV M ET COMITEM VILLARII.

O decus Allobrogum magnorum altissima proles,  
Magne RENATE Ducum.  
Qua Rhodanus liquido iungit sua colla Lemanno,  
Præcipitatque uada.  
O Deus auspicijs & tam felicibus astris  
Te dedit his laribus.